



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Alia remedia adhibenda contra tentationes. Cap. XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

mè & perspicacissimè videntis môra mœtetræ, quæ S. Ephræm sollicitauerat ad peccatum, compuncti statim resipuit & conuersa est. Vnde & illa, & Ethnici, multos Christianos in die iudicij confundent, quod cogitatione Dei præsentis, immò vnus Catonis, vnus Lælij absentis, imò præsentia statua idololatriæ, abstinerint à peccatis, à quibus Christiani multi non absterent, etiam si tanquam articulum fidei Catholica credant, verum esse, quod scripsit S. Paulus Apostolus: *Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.*

Hebr. 4.

13.

214.

Quintò prodest etiam durante tentatione adhibere remedium, quod dabit noster S. Senex, P. Bernardinus Realinus Italus, miraculis in vita & post mortem clarissimus, cum quidam iuuenis contra nocturna fœda somnia, ab eo remedium postulasset, tale ei dedit: *Vesperis, inquit, prope cor, ter signa te, signa S. Crucis, & ter dic haec verba: per Sanctam Virginitatem tuam purissima virgo emunda carnem meam in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti, & transibunt hæc fastidia. Fecit ille, quod iusserat, & propterea illæ molestiæ abcefferunt. Idem ille iuuenis iussit alius, & hoc ipsum illis, Deiparâ deprecante euenit. Et Iosephum Pupinam secularē docuit, vt veniente tentatione hoc diceret: *Iesu Maria, sitis in mea societate: nam si mihi viam monstrabit, saluabitur anima mea.* Et sanè is expertus est, à se multoties his verbis tentationes ingentes esse abactas.*

215.

Sextò prodest etiam suo confessario importunam & diu durantem tentationem, sincerè manifestare. Experientia enim in quamplurimis hoc ostendit, statim eos liberatos à tentationibus diuturnis & molestissimis, quamprimum eas detexerunt suo Patri spirituali. Et in Vitis Sanctorum talium rerum præclara extant exempla. Notum est illud celebre apud Serapionis Abbatis, qui à furti, & gulæ vitio liberatus est; postquam illud diu Abbati suo Theonæ celatum, ei aperuit coram aliis cum multis lachrymis, statim enim demon in specie lampadis accensa, è sinu eius processit, & cellam repleuit odore sulfureo, vt vehementiâ factoris ipsius, vix in ea residere potuerint. Et ipse Serapion tunc iuuenis, in perpetuum postea ab illis tentationibus & lapsibus liber fuit, vt scribit Cassianus. Sic Astion Martyr à turpi cogitatione liberatus est, postquam eam extra confessionem, Epicteto superiori suo aperuit, quo factò, & orante pro eo Epicteto, vidit B. Astion puerum quendam nigrum cum ignea facula de suo sinu egredientem, ac talia sibi dicentem: *Confessio tua Astion, magnas meas hodie contriuit vires, & vna oratio vestra, scilicet Epicteti & Astionis me inermem in omnibus reddidit ac desolatum. Et in Vitis Patrum quidam frater, à cogitationibus fornicationis statim liberabatur, vbi eas aperiebat suo seniori: à quo hæc audiuit: *Non concedas diabolo nec relaxes animum tuum, sed magis, quoties molestus est demon, veni ad me, & increpatus abscedet. Nihil enim sic extadiat demonem fornicatio-**

Coll. lib. cap. 11.

Rosv. p. 215. 216. col. 2.

Libello 5. a. 13.

nis, quomodo si reuolentur stimulationes eius. Et nihil enim sic laesificat, quomodo si abscondantur cogitationes.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Aliaremedia adhibenda contra tentationes.

Septimò prodest ad repellendas tentationes, si dum molestant hominem, valdè se humiliet coram Deo, & humiliationi suæ orationem adiungat. *Quisquis trophæum certaminis de malignis spiritibus reportare concupiscit, inquit B. Laurentius Iustinianus, necesse est, vt duplici armorum genere munitus sit. A sinistris quidem humilitate, à dextris verò oratione se protegat.* Et supra dixerat: *Humilitatem malignorum spirituum innumerabilis exercitus, tanquam flagellum perhorrescit & fugit.* Quando ergo tentaris humilia te coram Deo, reputans te indignum omni bono, & dignum ob peccata tua omni calamitate & pœna, indignum qui aspicias cœlum, qui viuas inter homines, quem terra sustentet: ex altera parte, misericordiam Dei & auxilium implora per merita Domini Iesu, per intercessionem Beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, & per charitatem Dei qua creauit & redemit te, & tot beneficis naturæ & gratiæ ditauit indignum.

216.

Octauò maxime prodest subtrahere internam materiam tentationibus, si illa sint impura. Hæc materia est, saturitas cibi & potus, hinc ille Poëta cecinit: *Sine Cerere & Baccho friget Venus.* Vinum & adolescentia, inquit S. Hieronymus: *dimplex est incendium voluptatis: quid oleum flamma adicimus & quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministramus?* Ideò Diofcorus Presbyter apud Ruffinum, contra nocturnas pollutiones hoc suadet: *Hi qui in deliciis viuunt, si forte corporis sui agritudo deposcat, ab omnibus qua noxia esse iudicauerit medicus, abstineant: cur non hoc multò magis quis faciat, cui anima & spiritus sanitas expetenda est?* Laborandum est, vt etiam naturalem humorem per multam ieiuniorum abstinentiam, & frequentes orationes doment ac superent fluxumque eius labem orationis & ieiunij continuatione restringat. Sanè si febre correpti ardenti, abstinent à cibis calidis & potui, vt ardor febris minuat, & corpus curetur, quantò magis à similibus cibis & potu abstinendum est, dum anima libidinoso igne ardet? *Febris nostra, inquit S. Ambrosius, luxuria est: Febris nostra libido est.*

217.

ep. 12. ad Euloch.

l. 1. Vit. P. cap. 10. Pallad.

Laul. c. 68. Rosv. p. 477. col. 2.

l. 4. in c. 4. Lucæ. sub finem.

218.

Est etiam alia interna peccatorum materia, peccatum aliquod aliud, permanens in homine, ob quod Deus permittit alterum diuersum peccatum, vt illud sit causa istius, & hoc pœna illius, vt docent Sancti cum sancto Thoma: *Peccatum, inquit S. Gregorius Papa, quod per penitentiam citius non deletur: aut peccatum est, aut causa peccati, simul & pœna peccati. Omne enim quod prius*

l. 2. g. 87.

a. 2. hom. 11. in Eccl.

prius

prius committitur peccatum est: sed si citius penitendo non terguitur, iusto iudicio omnipotens Deus obligatam peccatis mentem, etiam in culpam alteram permittit cadere, ut qui stendo & corrigendo noluit mundare quod fecit: peccatum incipiat peccato cumulare. Peccatum ergo quod penitentie lamento (confessione bona & dolore vero) non diluitur, peccatum simul est & causa peccati: quia ex illo oritur, unde adhuc peccatoris animus arctius obligetur. Peccatum verò quod ex peccato sequitur, peccatum simul est, & pœna peccati: quia ex crescente cœcitate, ex retributione prioris culpe generatur, ut quasi iam sint in peccatore supplicia, ipsa incrementa vitiorum. Sic Cassianus narrat quendam fratrem vitio carnis grauissimo fuisse impugnatum, ob blasphemiam & superbiam contra Deum antea admittam.

Nono. Beatissima Virgo Maria dedit S. Brigittæ tria remedia contra tentationes. Cùm tentatione sordidâ tentaris, dicit: Iesu fili Dei, omnium cognitor, adiuua me, ut in cogitationibus vanis non delecter. Cùm verò te delectat loqui, dicit: Iesu fili Dei, qui coram iudice tacuisti, tene linguam meam, donec cogitem, qualiter, & quid loquar. Cùm verò delectat operari vel quiescere, dicit: Iesu fili Dei qui ligatus fuisti, rege manus & omnia membra mea, ut opera mea tendant ad bonum finem. Et addidit: Quacunque tentatione tentaris, in oratione nihilominus ora & conare ad orandum: quia desiderium & conatus bonus, reputabitur pro effectu orationis. Et si sordida aduentia menti, eicere non poteris; tunc ille conatus, reputabitur tibi pro corona: dummodo tentationibus non consentias, & sint contra voluntatem tuam.

Decimo. Cùm aliquis fortiter tentationibus resistit, & nunquam peccat mortaliter, & omne tale peccatum horret, optimum remedium est pro tali, contra tentationes quasvis, ne eas timeat, & dum ab iis inuaditur, resistat quidem iis, sed quasi contemnendo eas, sine perplexitate & metu earum, aut scrupulis, ne Deum in ijs offendat. Nam si illæ displicent, & res quas ingerunt, durante hac displicentia, impossibile est peccare: quia peccatum esse non potest, nisi sit voluntarium, voluntarium autem non est, quod displicet, quia quod voluntarium est, placet. Inimicus nostri, inquit S. Iohannes Climacus, intuentur animarum nostrarum vultus. Et si illos viderint formidare, contrahi vel immutari, contra nos acerbius armantur. Intelligunt enim versutissimè timorem nostrum. Magno igitur animo aduersus illos arma capiamus: contra eum enim qui alacriter pugnat, nullus oppugnando preualet. Illustrat hanc veritatem, & confirmat aptâ similitudine S. P. N. Ignatius in libro Exercitiorum: Hostis noster naturam & morem muliebrem refert, quoad imbecillitatem virium & animi perniciam. Nam sicut femina cum viro, rixans, si hunc conspexerit erecto & cœstanti vultu sibi obfistere, abiicit illico animum, ac terga vertit; sin verò timidum fugacem que esse animaduertit, in extremam surgit audaciam, & illum ferociter inuadit, itidem consuevit demon animo & robore plane desitui, quoties spiritua-

lem atletam, corde imperterrito, ac fronte ardua, tentationibus videt reluctari; sin autem trepidet ad primos impetus sustinendos, & quasi animum despondeat, nulla est bestia super terram inimico illo tunc effertior, acrior & pertinacior in hominem, ut cum pernicie nostra maligna obstinateque mentis sue desiderium adimpleat. Nominatim autem S. Iohannes Climacus docet, blasphemias cogitationes, non aliter vincendas, quam contemnendo eas, usque ait, simpliciores & puriores concuti, quod hi vehementius conturbari consueuerunt. Qui autem disputando vult illas abigere, ait similem esse ei, qui manibus suis coruscationem aut ventum continere nititur & includere. Antiquior eo S. Chrysostomus id docuit: Semper crucem habe ante oculos tuos radiantem, & purus à peccatis per id tempus abibis. Nam sicut columna nubis, figura crucis nostræ, Hebræorum multitudinem protegebat, ne quid mali ab Aegypto pateretur, ita crux Christi ante oculos visa, omnem statim abigit malam voluptatem. Sic & S. Leo monet: siue contra ambitionem seculi, siue contra concupiscentiam carnis, siue contra hereticorum iacula dimicemus, Dominica Cruce semper armemur.

Vnde. 110. Remedium dat Hugo de S. Victore: Quoties, inquit, te sentis turpibus cogitationibus pulsari, & ad illicitam delectationem affici: toties pone ante mentis oculos, quomodo Christus in cruce crucifixus est pro te. Intuere, quomodo à Iuda Iudæis traditur, & quam viliter pertractetur, blasphematur, & colaphizatur, iudicatur, & condemnatur, expoliatur & flagellatur: ad vltimum verò contumeliosè & opprobriis affectus, inter duos latrones suspenditur, clavis cruci affixus, spuis derisus, spinis coronatus, lanceis perforatus: ex omnibus partibus sanguis emanat, & inclinato capite emittit spiritum. Ita redemptor tuus moritur pro te, & tu nescis cuiusmodi sordida cogitatione sordidaris in mente? Sufficere potest hac cogitatio ad excludendas omnes illicitas cogitationes. Quid enim tam efficax, inquit S. Bernardus, ad curanda conscientia vulnera, nec non ad purgandam mentis aciem, quam Christi vulnerum sedula meditatio?

Duodecimo. Remedium dat Spiritus Sanctus, Meditationem nouissimorum. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis, scilicet nunquam mortaliter, ratò venialiter, ait Dionysius. In primis primi nouissimi consideratio, scilicet mortis, plurimum ad hoc conducit. Nihil sic reuocat homines à peccato, inquit S. Augustinus, quemadmodum imminenti mortis cogitatio. Et alibi: Si diem mortis suæ homines iugiter cogitare vellent animam suam ab omni cupiditate vel malitia cobiberent. Et S. Diadochus, cùm dixisset duo esse genera malorum spirituum, alios subtiliores qui animam oppugnant, alios crassiores, qui sordidis consolationibus carnem ducere captiuam soliti sunt, utrosque iubet mortis recordatione repellere. Sic S. Prosper: Si eo, inquit, tempore quo quis peccare delibet, sanâ mente consideret, quæ pœna expectet in suis facinoribus ac flagitiis deprehensos, quod supplicium con-

gt. 23.

221.

l. 3. de anti-ma. c. 23.

S. 61. in Cant.

222.

Eccli. 7. 40.

libr. 1. de Genesi cont.

Manich. cap. 28.

S. 3. de Innocent. cap. 31.

l. 3. de vita con-

templ. c. 11.

116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200.

uictos excruciet, qui tremor membra quatit, pallor ora
perfundat, quantum denique humiliet & execrabilis
reddat: etenim ipsum sordide opinionis opprobrium,
nescio an possit quibuslibet vitis accomodare con-
sensum. Quid enim malis operis fieri potest, unde nec
erubescant etiam illi, quos ipsa flagitia sua delectant?
Hinc est, quod hi, qui bona sua vanè ac deformiter ia-
ctant, dedecora, quibus remordentur & humiliantur,
occultant. Quid, quod in peccantem etiam, sine huma-
no iudicio conscientia indicantis tormenta desaniunt,
& male sibi conscientiam mentem ipse etiam cogitationes
secreti reatus cruciatoria recordatione conficiunt? Et
S. Ildorus Pelusota: Si carnis tua cupiditas aduer-
sum te furit, ac rabido impetu fertur, eamque inertia
ac desidia estu inflammasti, ignis futuri memoriam
ipsum refrica: & extinguetur. Siquidem libidinosum hu-
ius vite incendium ad fornacem illam tendit. Hinc
Musonius ethnicus licet, teste S. Maximo, in-
terrogatus, quis optimè extremum diem clau-
deret, respondit: Qui semper postremum vite diem
sibi instare proposuerit. Hanc ob causam Plato di-
cebat, ut S. Hieronymus scribit: *commem sapientium
vitam seu Philosophiam, esse meditationem mortis.*
Quod etiam dicebat S. Rembertus Archiepiscopus
Bremenensis, asserens: *Primum Philosophia
definitionem esse, meditationem mortis.*

Iudicij quoque diuini memoria, arceat pecca-
ta. Si quando te senseris, ait S. Basilus, ad aliquod
promocari peccatum, ad mentem reuoca formidabile
illud, nec ulli mortalium tolerabile Christi iudicium,
& hoc quasi freno animam cohibe. Hinc visã ima-
gine iudicij extremi, Ebogoras Princeps Vn-
garie adhuc Ethnicus, adeo pertretectus est,
postquam sibi explicari audiuerat omnia in il-
la imagine depicta, à Methodio Romano ma-
nacho, ut ad fidem Christi conuersus sit, & se
baptizari voluerit.

Pœnarum quoque inferni recordatio, & pri-
uationis æternæ beatitudinis, est magnum con-
tra peccata frænum. Cogitate, inquit S. Prosper,
quale malum sit, ab illo gaudio diuine contemplan-
tionis excludi, beatissimâ Sanctorum omnium societate
priuari, fieri patriæ cœlestis extorrem, mori vite beata,
morti viuere sempiterno, in æternum ignem, cum dia-
bolo & Angelis eius expelli, ubi sit mors secunda, dam-
natio, exilium, vite supplium, non sentire in illo igne
quod illuminat, sentire quod cruciat, exundantis in-
cendij terribiles crepitus pati, barabris fumantis cœcâ
caligine oculos obcecari, profundo gehennæ flammân-
tis immergi, edacissimis in æternum dilaniari vermi-
bus, nec finire. Hec & similia multa cogitare, nihil est
aliud, quam vitis omnibus repudium dare, & omnia
blandimenta carnalia refrenare. Sed inter alia tôr-
menta inferni, illud est maximum, quod nun-
quam sint finem habitura. Et hæc cogitatio de
pœnarum æternitate, Christo Domino, dum
esset in nostra carne mortali, fuit grauissimum
doloris tormentum, quo beata eius anima, no-
stri causâ incredibiliter se affligi & perpetuò
cruciari voluit: & quantopere summo dolore

oppressus tota vita sua fuerit, ob singula pecca-
ta mortalia peccatorum, quæ in singulis homi-
nibus qui erunt ad finem mundi, videbat clar-
tissimè per scientiam, ut vocant Theologi, visio-
nis. Sed præstat audire, quomodo hoc ipsum
Christus Dominus reuelauerit B. Baptista Ve-
ranæ moniali Ordinis S. Francisci: Scias filia, fuisse
innumerabiles penas meas, quia innumera-
biles, & infinitæ sunt anima, membra mea, quæ à me
per peccatum mortale dissiungebantur, quoties mor-
taliter peccabam. Et hæc fuit vna ex crudelibus pœnis,
quas ego in mente mea sensi, id est, dissiunctionem mem-
brorum meorum. Cogita quantum pœnam sentit qui
Martyrizatur in sine pendulus, dissiunguntur mem-
bra à corpore; ita cogita quod martyrium fecit meus,
quia tot membra fuerunt à me separata, quot anima
erant damnata. Et quoduis membrum toties separa-
batur, quoties mortaliter peccabat. Et tanto pœnalius
est dissiunctio membrorum spiritualium quàm corpora-
lium, quando est pretiosior anima corpore. Et quando est
pretiosior anima corpore: Tu non potes intelligere, nec
persona viuens, quia ego tantum cognosco nobilitatem
anime & vilitatem corporis, ac miseriam, quia ego so-
lus feci vtrumque, & consequenter non potes tu, nec
alia creatura vlla, plene esse capax pœnarum crudelissi-
marum mearum. Et quia in modo peccandi, est grauior
vnius quàm alter, & vnum peccatum quàm aliud, hinc
est causata qualitas, & quantitas pœna. Sed pœna qua
me crudeliter cruciabat, erat, quod viderem membra
mea, id est animas damnatas, nunquam, nunquam
nunquam, debere reuerti mihi capiti eorum. Et hoc
nunquam, est illud, quod cruciat in æternum, & cruci-
abit illas infelices animas, super omnes alias pœnas,
quas habent & habebunt in æternum. Adde me afflixit
hæc pœna, nunquam, ut de nouo prompè elegissem pa-
ri, & denud paterer omnes has dissiunctiones, omnibus
modis qui fuerunt, sunt & erunt, non tantum semel,
sed multis & infinitis vicibus, dammodo non tantum
omnes, sed vnam animam solam, vidissem debere reu-
niri, integritati aliorum membrorum meorum vita-
lium, aut electis qui viuunt in æternum spiritu vite
procedente à me vite vitali. Hic nota, quàm mihi cara
fuerit vna anima, quia pro vna sola voluissem pati tot
replicatas pœnas, quas tibi dixi ad reuendam eam
mihi. Et ita scias, adde affligere illas animas, pœnam
huius, nunquam, quod & illæ vellent mille, & infinitas
pœnas pati, dummodo sperarent aliquo tempore reu-
niri mihi vero capiti suo. Et ita iuxta qualitatem &
quantitatem pœna quam mihi dederunt, separando se
à me, ex mea iustitia vera, illis correspondet qualitas &
quantitas pœna. Et quia me afflixit super omnia, istud
nunquam, ita volo, ut istud nunquam, illos cruciet su-
per omnes pœnas quas habent, & habebunt in æter-
num. Et hic cogita quantum mentalem pœnam, pro
omnibus animabus damnatis, in corde meo usque ad
mortem senserim videndo illas separari à me, & pos-
sita in igne æterno vri.

Hinc agnosci etiam potest, quantopere dil-
piceat Christo Domino nunc glorioso in cœ-
lo, quoduis peccatum mortale, quod anima, (ei
auto

l. i. ep.
433.

Ser. 36.

ep. 16. ad
Principiam, &
in Epi-
graph. Ne-
potiani in
Vita.
in Pl. 35.

Cedre-
nus.

l. 1. de vi-
ta con-
templ. c.
11.

223.

ante per gratiam, dum in ea erat, vnita) separatur, ac quasi disunitur ab illo. Et, si esset nunc capax doloris in cælo, etiam ibi summo dolore cruciaretur ob quoduis peccatum mortale. Fugienda ergo sunt, & statim tentationes ad illud pellicientes reprimendæ, tum aliis modis, tum recordatione huius nunquam, quod cruciat dānatos, & quod promerentur ij, qui Deum peccato mortali audent offendere, & per illud ab eo spiritaliter separari, ac fieri diaboli propria mancipia.

Quocirca optimum contra tentationes ad peccata allicientes remedium est, agitare pœnas perpetuas inferni peccatis mortalibus debitas. Ne fugiamus, igitur, inquit S. Chrysostr. sermonem de gehenna, vt gehennā fugiamus; ne fugiamus pœna mentionem, vt non puniamur. Si dicitur ille illum ignem cogitasset, non peccasset, quoniam autem eius nunquam meminit, idcirco in eum incidit.

Decimum tertium remedium est, consideratio exemplorum eorum qui in occasionibus perdende castitatis se generose gesserunt non consentiendo sceleri. S. Eucherius: Quisquam tentari se luxuria stimulis sentit? Ioseph factum ad memoriam riuocet. Et in arce se castitatis seruet.

CAPVT DECIMUM OCTAVVM.

Quæ Religio sit eligenda ab habente vocationem ad statum Religiosum.

Præclare scripsit S. Gregorius Nazianzenus, certum vitæ genus constituere, esse rem tanti momenti, vt totius vitæ, vel rectè vel malè traducenda fundamentum in eo positum sit. Ideo qui à Deo abstatantur à seculo, diligenter considerent, in quo Ordine religioso debeant se Domino consecrare. Sunt enim varij modi quibus clementissimus Deus vocat homines ad statum Religiosum. Nā quidam vocantur à Deo vt certam, & determinatā Religionem ingrediantur: Alij non statim docentur à Deo quem Religiosum Ordine ingredi debeant, et si resoluti sint ex diuina inspiratione, amplecti aliquem: Alij præterea verè impelluntur à Deo ad statum Religiosum, quostamen Deus non vult efficaci voluntate Religionē ingredi, sed vt Theologi loquuntur, vult voluntate signi, paulò post declarandā. Alij denique sentientes se interius ad statum Religiosum amplectendū trahi, prius afficiuntur vni certo Ordini, postea, mutato consilio, amplectuntur alium, & ei se deuouent. Ne autem hac in re, quæ magni momenti est, erretur, tradam aliqua sincera monita, aspirantibus ad statum Religiosum profutura.

In primis certum est, vt i supra cap. 2. ostendi, desiderium intrandi Religionem bono fine, & modo conceptum, esse à Deo; quia nec à natura, nec à demone proficisci potest. Quicquid sanctum cogitaueris, inquit S. Ambrosius, hoc Dei munus est, Dei inspiratio, Dei gratia. Aliquibus ta-

men personis inspirat Deus hoc desiderium, non vt illud exequantur, sed tantum vt meritum acquirant coram Deo ob hanc bonam voluntatem. Quosdam enim Deus vocat primū ad certum aliquem Ordinem, non voluntate beneplaciti, quæ omninò semper exequenda est, sed, vt Theologi cum S. Thoma docent, voluntate signi. Hoc modo Deus prius volebat ab Abrahamo sibi immolari filium Isaac, vt ei meriti occasionem præberet, per consensum ad exequendam immolationem filij: sed postea voluntate beneplaciti, voluit eum abstinere ab immolatione Isaac, contentus eum, non manu, vt obseruauit S. Chrysostr. sed mentis proposito immolatum fuisse. Sic, vt scripsit S. Prosper, ex Deo erat, quod Dauid vellet adificare templum, idque Deo placuit 3. Reg. 8. 18. 19. & 1. Paralip. 17. & ex Deo erat, hoc facere Salomonem, non Danid. Sic, vt idem S. Prosper ibidem ponderat, quamuis Apostoli, procul dubio mouente Deo, vellent gentibus loqui verbum Dei in Asia, vetati sunt à Spiritu S. Et postea, cum tentarent ire in Bithyniam, sine dubio volentes ibi prædicare Euangelium, quod sine Dei motione non poterant velle, non permisit eos Spiritus Iesu. Ita Deus aliqua, inquit idem S. Prosper loco citato, fieri noluit, quæ homines facere, Deo volente, voluerunt. Ita sæpè vidimus Episcopis & Cardinalibus aliquibus pijs, & Proceribus distissimis, fuisse à Deo inditum desiderium ardentissimum Religiosi status, ad quem tamen à prudentibus & expertis Superioribus Regularium, sua non quærentibus, sed Dei maiorem gloriam, non sunt admissi, vel quia eos magis Dei gloriam in seculari statu promoturos certò videbant, vel quia agnoscebant minus idoneos ad onera Religionis ferenda, ob valetudinis defectum, vel ob aliquam aliam iustam, & rationi consentaneam causam. Hi debent talium Superiorum iudicio acquiescere, & bonā illā voluntate esse contenti, quæ apud Deum, magnam procul dubio habebit remunerationem. Tales solentur se illis Domini verbis, quæ dixit S. Gertrudi Virgini: Ego delector cum Electis meis disponere de diuersis, quæ nunquam euenient, vt ipsorum erga me comprobem dilectionem, ac fidelitatem. Et vt pro infinitis meritis eos remunerem, quæ nunquam opere perficere possent, quia omnem illorum voluntatem respicio, quasi pro facto. Et vt Christus Dominus S. Brigittæ dixit: Voluntas bona, si opus defuerit, pro opere reputabitur. Sic communiter Theologi docent, & verius, opus externum non addere meritum supra actum internum, & sic voluntas efficax coram Deo sine opere externo, dum non potest fieri, reputatur pro facto. Nunquam merito caret, etiam in tenui facultate, inquit S. Leo Papa, bona voluntatis opulentia. Deus enim, vt ait S. Cyprianus, non de patrimonio, sed de animo examinat. Isti tamen, dum non sunt compotes facti suorum piorum desideriorum, beneficentiæ & beneuolentiæ argumentis, ita illum

libr. 1. de Cain & Abel. c. 10. 1. p. q. 19. 2. 11. & 12. Gen. 22. 2. 12. S. 29. in Genes. 1. cont. Collat. c. 25. Act. 16. 7.

1. 3. c. 64. infra. diu. piet.

232. 1. 4. Reu. cap. 11. 4. Lugo. de peccat. d. 24. l. 4. n. 44. S. 2. qua. drag. 1. de opere & electi.

1. F 3 lum

om. i. Chron. 3. Franc. 7. c. 14.

hom. 2. in 1. p. ad Theofil.

1. p. 12. Ge. 26.

1. 2. 13.

230. 2. 2. & 9.